Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



euangelizauerit uob alter quam euangelizauimus: ana
thema sit. Sed haec alicer. Interim uidisti quae sint
quadrata ligna quae uelut murus quidam & defensio
his qui sunt intrinsecus: a fluctibus qui extrinsecus sup
uenium conlocantur aspiritali noe. quae ligna intrinse
cus & extrinsecus bitumine liniuntur. Vultenim te
architectus ecclesiae xpi non esse tale. quales illi. qui
deforis quidem apparent hominibus iusti. Deintus
autem sepulchra mortuorum. Sed uultis te & corpore esse
extrinsecus & corde intrinsecus purum & castum
undique & castitatis atque innocentiae uiuere muniti.
hoc est intus & foris bitumine esse oblitum; Post haec
de longitudine & latitudine arcae. & de altitudine
memorat. & pumeri in his quidam ponunt. in genitis
mysteriis consecrati. Sed antequam de numeris dis
seramus: hoc quod dicit longitudine & latitudine. &
altitudine aequales sit uidetur; apis quidem. cum de
mysterio crucis sermonem loquerentur. hic ait. Vt
scitis quae sit longitudo. & altitudo. & latitudo
& profundum; Profundum autem & altitudo. idem
significat. tantum, quod altitudo spatium de inferio
ribus uidetur ad superiora metiri. profundum uero. de su
perioribus incipere & ad inferiora descendere;
Consequenter igitur spiritu. & p moysen. & p paulu